



Universitätsbibliothek Paderborn

**Venerabilis Thomæ A Kempis Can. Reg. S. Augustini. De
Imitatione Christi Libri Quatuor**

Thomas <von Kempen>

Augustæ Vindel., 1772

Caput XLIX. De desiderio æternæ vitæ: & quanta sint certantibus
promissa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45780](#)

C A P U T X L I X .

*De desiderio æternæ vitæ: & quanta
sint bona certantibus promissa.*

I. Fili, cum tibi desiderium æter-
næ beatitudinis desuper iufun-
di sentis, & de tabernaculo corporis
exire concipi cis, ut claritatem
meam sine vicissitudinis umbra con-
templari possis; dilata cor tuum, &
omni desiderio hanc sanctam inspi-
rationem suscipe.

Redde amplissimas supernæ boni-
tati gratias, quæ tecum sic dignan-
ter agit, clementer visitat, ardenter
excitat, potenter sublevat, ne pro-
prio pondere ad terrena labaris.

Neque enim hoc cogitatu tuo, aut
conatu accipis, sed sola dignatione
supernæ gratiæ & divini respectus:
quatenus in virtutibus, & majori hu-
militate proficias, & ad futura cer-
tamina te præpares, mihiique toto
cordis affectu adhærere, ac ferven-
ti voluntate studeas deservire.

2. Fi-

de co.
felicitat-
er sitat-
nis sunt,
tualibus
, de his
cque ta-
num re-
propter
is licen-
natura
s fervo-
ata con-
em offe-
interes-
s foris,
CA.

2. Fili, s^æpe ignis ardet, sed sine fumo flamma non ascendit.

Sic & aliquorum desideria ad cœlestia flagrant, & tamen a tentatione carnalis affectus liberi non sunt

Idecirco nec omnino pure pro honore Dei agunt, quod tam desideranter ab eo petunt.

Tale est & tuum s^æpe desiderium, quod insinuasti fore tam importunum.

Non enim hoc est purum & perfectum, quod propria commoditate est infectum.

3. Pete, non quod tibi est delectabile et commodum, sed quod mihi est acceptabile atque honorificum: quia si recte judicas, meam ordinationem tuo desiderio, & omni desiderato præferre debes ac sequi.

Novi desiderium tuum, & frequenter gemitus audivi.

Jam velles esse in libertate gloria filiorum Dei, jam te delectat domus æterna, & cœlestis patria gaudio plenaria.

plena, sed nondum venit hora ista:
sed est adhuc aliud tempus, scilicet
tempus belli, tempus laboris & pro-
bationis.

Optas summo repleti bono, sed
non potes hoc assequi modo.

Ego sum: exspecta me (dicit Do-
minus) donec veniat regnum Dei.

4. Probandus es adhuc in terris,
& in multis exercitandus.

Consolatio tibi interdum dabitur,
sed copiosa satietas non concedetur.

Confortare igitur, & esto robustus
tam in agendo, quam in patiendo
naturæ contraria.

Oportet te novum induere homi-
nem, & in alterum virum mutari.

Oportet te saepe agere, quod non
vis; & quod vis oportet relinquere.

Quod aliis placet, procesium habe-
bit: quod tibi placet, ultra non pro-
ficiet.

Quod alii dicunt, audietur: quod
tu dicis, pro nihilo computabitur.

Pg-

sed sue
ad cœ-
tentatio-
ion sunt
ro hono-
deranter
derium,
mportu-
& per-
noditate
delectu-
od mili-
rificum:
ordina-
ni des-
ui.
requen-
glorie
domus
gaudio
ple-

Potent alii, & accipient; tu p-
tes, & non impetrabis.

5. Erunt alii magni in ore homi-
num, de te autem tacebitur.

Aliis hoc, vel istud committetur,
tu autem ad nihil utilis judicaberis.

Propter hoc natura quandoque
contristabitur, & magnum certamen
sustinebit: sed magnum, bonum con-
sequeris, si filens portaveris.

In his & similibus multis probari
solet fidelis Domini servus; qualiter
se abnegare, & in omnibus frange-
re quiverit.

Vix est aliquid tale, in quo tan-
tudem mori indiges, sicut videre
& pati, quae voluntati tuae adver-
sunt: maxime autem cum disconve-
nientia, & quae minus utilia tibi ap-
parent, fieri jubentur.

Et quia non audes resistere altio-
ri potestati sub dominio constitutus:
ideo durum tibi videtur, ad nutum
alterius ambulare, & omne proprium
sentire omittere.

6. Sed

6. Sed pensa, fili, horum fructum laborum celerem finem, atque præmium nimis magnum: & non habebis inde gravamen, sed fortissimum patientiæ tuæ solamen.

Nam & pro modica hac voluntate, quam nunc sponte deseris, habebis semper voluntatem tuam in cœlis.

Ibi quippe invenies omne, quod volueris, omne, quod desiderare poteris.

Ibi aderit tibi totius facultas boni sine timore amittendi.

Ibi voluntas tua una semper mecum nil cupiet extraneum, vel privatum.

Ibi nullus resistet tibi, nemo de te conqueretur, nemo impediet, nihil obviabit: sed cuncta desiderata simul erunt præsentia, totumque affectum tuum reficient, & adimplent usque ad summum.

Ibi reddam gloriam pro contumelia perpesta; pallium laudis pro mœrore;

276 *De Imitatione Christi*
rore; pro loco novissimo sedem re-
gni in secula.

Ibi apparebit fructus obedientiae,
gaudebit labor pœnitentiae, & hu-
miliis subiectio coronabitur gloriose.

7. Nunc ergo inclina te humiliter
sub omnium manibus: nec sit tibi
curæ, quis hoc dixerit vel jussierit.

Sed hoc magnopere curato, ut si-
ve prælatus, seu junior, aut æqualis
aliquid a te exposcerit, vel innue-
rit: pro bono totum accipias, &
sincera voluntate studeas adimplere.

Quæret aliis hoc, aliis illud:
glorietur ille in illo, & iste in isto,
laudeturque millies mille, tu autem
nec in isto, nec in illo, sed in tui ip-
sius gaude contemptu: & in mei
lius beneplacito ac honore.

Hoc optandum est tibi, ut si-
per vitam, sive per mortem, Deus
semper in te glorificetur.